

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo X

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

pertinentem ad omnes gentes, siue in duobus generibus hominum. id est iudeis & grecis sicut sepe apostolus commemorat. siue in tribus propter tres filios noe significat; figurata est enim propheta per tingens usq. ad omnes gentes. p̄ā meo quod per tingit, dicta est m̄r̄a, sicut dicit apostolus. Accepimus mensuram per tingendi usq. ad uos. gentibus enim euangelizans. hoc est mensurā per tingendi usq. ad uos. **EXPLICIT TRACTATUS VIII. INCIPIT X. AB EO QUOD SCRIPTUM EST. POST HAEC DESCENDIT CAPHARNAUM IPSE ET MATER EIUS USQ. AD ID QUOD AIT. ILLE AUTEM DICEBAT DE TEMPO CORPORIS SUI.**

In psalmo audistis gemitum pauperis. cuius membra per totam terram tribulationes patiuntur usq. in finem saeculi; Satis agite fr̄i mei esse in his membris & de his membris. nam tribulatio tota transiura est. uae gaudentibus; uertat dicit. Beati lugentes qm̄ ipsi consolabuntur; **D**is homo factus est; quid **factus** est homo. propter quem **dis** factus est homo. haec spes consolatur nos in omni tribulatione & temptatione huius uitae; Non enim cessat inimicus persequi; & si non aperte saeuit. in insidiis agit; quid ait enim & super iram dolosae agebant; inde dicitur est leo & draco; sed quid dicitur xpo. & conculcabis leonem & draconem; leo propter apertam iram. Draco propter occultas insidias; Draco eiecit adam de paradiso. idem ipse leo persequutus est ecclesiam. Dicente p̄ro. quia aduersarius uester diabolus sicut leo rugiens circuit quaerens quem deuoret; non tibi saeuitiam suam perdidisse diabolus uideatur. quando blanditur. tunc magis cauendus est; sed inter has omnes insidias & eius temptationes quid faciamus. nisi quod ibi audiuimus. ego autem cum mihi molesti essent. induebam me cilicio. & humiliabam in ieiunio animam meam; Est qui exaudit. ne dubitatis orate; qui autem exaudit. intus manet; non in montem aliquem oculos dirigatis. non faciem in stellas aut solem aut lunam leuatis. non tunc exaudiri uos arbitremini quando super mare oratis. immo de testamini tales orationes; munda tantū cubiculum cordis ubi fueris. ubicumq. oraueris. intus est qui exaudit. intus in secreto. quem sinum uocat. cum ait. & oratio mea in sinum meum conuertetur; qui te exaudit. non est praeter te; non longe uadas. ne te extollas ut quasi ad tangas illum manibus; magis si te extuleris cades. si te humiliaueris. ipse adpropinquabit. hic dñs dñs noster uerbum dī. uerbum caro factum. filius patris. filius dī. filius hominis. excelsus ut nos faceret & humiles. ut nos reficeret & ambulans inter homines. patiens humana. abscondens diuina. Descendit ut dicit euangelista in capharnaum ipse & mater eius & fratres eius & discipuli eius & ibi manserunt non multas diebus; ecce habet matrem. habet fratres habet & discipulos. inde.

fratres unde matrem; fratres enim scriptura nostra non eos solos appella
 re consuevit qui nascuntur ex eodem uiro & femina. aut ex eodem utero
 aut ex eodem patre. quam uis diuersis matribus. aut certe ex eodem gradu
 uelut conpatruales aut consobrinos. non solum hos fratres nouit dicere scrip
 tura nostra; quomodo loquitur sic intellegenda est. habet linguam suam; qui
 cumq; hanc linguam nescit. turbatur & dicit; unde fratres dno. non enim
 maria iterum peperit; absit; Inde coepit dignitas uirginum; illa femina
 mater esse potuit. mulier esse non potuit; Dicta est autem mulier secundum
 femineum sexum. non secundum corruptionem integritatis. & hoc ex lingua
 ipsius scripturae; nam & euastatim facta de lacte uiri sui. nondum con
 tacta a uiro suo. noster quia mulier appellata est; & formauit eam in mulie
 rem; Unde ergo frs. cognati mariae fratres dno. de quo libet gradu cognati;
 unde probamus; ex ipsa scriptura; frater abraham dictus est loth. filius erat
 fratris ipsius; lege ^{enim} inuenies quia abraham patruus erat loth. & dicti sunt
 fratres; unde nisi quia cognati; Item iacob laban syrum habebat auunculum;
 frater enim erat laban matris iacob. id est rebecca uxoris isaac; lege scriptura.
 & inuenies quia fratres dicuntur auunculus & sororis filius; qua regula cogni
 ta. inuenies omnes consanguineos mariae fratres esse xpi; sed illi discipuli
 magis fratres erant. quia & illi cognati fratres non essent si discipuli non
 essent. & sine causa fratres si magistrum non agnoscerent fratrem; Nam
 quodam loco cum ei nuntiatum essent mater & fratres eius foris stantes. ille
 autem cum discipulis loquebatur. ait; quae mihi mater. aut qui fratres; & ex
 tendens manum super discipulos suos dixit. hi sunt fratres mei; & qui cumq;
 fecerit uoluntatem patris mei. ille mihi mater & frater & soror est; Ergo
 & maria quia fecit uoluntatem patris. hoc in ea magnificauit dñs. quia fecit
 uoluntatem patris. non quia caro genuit carnem. Intendat caritas ur̄a;
 propterea cum dñs inter turbas admirabilis uideretur. faciens signa & pro
 digia & ostendens quid lateret in carne. admiratae quaedam animae dixe
 runt; felix uenter qui te portauit; & ille; Immo felices qui audiunt uerbum
 di. & custodiunt. hoc est dicere; & mater mea quam appellastis felicem inde
 felix; quia uerbum di custodit; non quia in illa uerbum caro factum est &
 habitauit in nobis. sed quia custodit ipsum uerbum di per quod facta est;
 & quod in illa caro factum est. Homines non gaudeant prole temporali. exul
 tent ^{aut} si spū iunguntur dō. haec diximus propter id quod ait euangelista.
 quia cum matre sua & fratribus suis & discipulis habitauit in capharnaum pau
 cis diebus; inde quid sequitur. Et prope erat pascha iudaeorum; & ascendit
 ih̄s hierosolymam; aliam rem narrat sicut se habebat recordatio nuntiantis;

& inuenit in templo uendentes boues & oues & columbas & nummularios se-
 dentes. & cum fecisset quasi flagellū de resticulis omnes eiecit de templo;
 oues quoq; & boues & nummulariorum effudit. et mensas subuertit. &
 his qui columbas uendebant dixit; aufer te ista hinc. & nolite facere domum
 patris mei domum negotiationis; Quid audimus fr̄s. ecce templum illud
 figura adhuc erat. & inde eiecit dñs omnes qui sua quaerebant. qui ad nun-
 dinas uenerant & quae ibi uendebant illi quae opus habebant homines in
 sacrificiis illius temporis; nouit enim caritas uestra quod sacrificia illi popu-
 lo pro eius carnalitate & corde adhuc lapideo talia data sunt. quibus tenere-
 tur ne in idola deflueret. & immolabant ibi sacrificia boues. oues & columbas;
 iustis quia legistis; non ergo magnum peccatum si hoc uendebant in tem-
 plo quod emebatur ut offerretur in templo. & tamen eiecit inde illos; quid
 si ibi ebriosos inueniret. qđ faceret dñs. si uendentes ea quae licita sunt &
 contra iustitiam non sunt. quae enim honeste emuntur non illicite uen-
 duntur; expulsi tamen. & non est passus domum orationis fieri domum ne-
 gotiationis. si negotiationis domus non debet fieri domus diuinitatis debet
 fieri. Nos autem quando ista dicimus. stridunt dentibus suis aduersus nos. &
 consolatur nos psalmus quem audistis. striderunt super me dentibus suis;
 nouimus & nos audite unde curemur. & si ingeminantur flagella xp̄o. quia
 flagellatur sermo ipsius; Congregata sunt inquit in me flagella & nescie-
 runt; flagellatus est flagellis iudaeorum. flagellatus blasphemus falsorū
 xp̄ianorum; multiplicant flagella dño suo & nesciunt. facimus nos quantum
 ipse adiuuat; Ego autem cum mihi molesti essent. induebam me cilicio &
 humiliabam in ieiunio animam meā; Dicimus tamen fr̄s qđ non ~~im~~ &
 ipse pepercit illis qui flagellandus ab eis erat. prior illos flagellauit. signū
 quoddam nobis ostendit quod fecit flagellum de resticulis. & inde in
 disciplinatos negotiationem dedi templo facientes flagellauit; & enim unus
 quisq; in peccatis suis restem sibi texit; propheta dicit. Uae his qui trahunt
 peccata sicut restem longam; quis facit restem longam? qui peccato addit
 peccatum; quomodo adduntur peccata peccatis; cum peccata quae facta
 sunt. cooperiuntur aliis peccatis; furtum fecit. ne inueniatur quia fecit.
 quaerit mathematicū. sufficeret furtum fecisse; quae uis adiungere pec-
 catum peccato. ecce duo peccata. cum ad mathematicum prohiberis acce-
 dere; blasphemias ep̄m. ecce tria peccata; cum audis. mitte illum foras de
 ecclesia. Dicis duce me ad partem donati. ecce addis quartū; Crescit restis.
 time restem; bonum est tibi ut hic inde cum flagellaris corrigaris. ne in
 fine dicatur. ligate illi manus & pedes & proicite eū in tenebras exteriores;

Criniculis enim peccatorum suorum unusquisq, constringitur; illud dñs
dicit, illud alia scriptura dicit. Sed utrumq, dñs dicit; De peccatis suis ligantur
homines & mittuntur in tenebras exteriores; Qui sunt tamen qui uendunt
boues, ut in figura quaeramus mysterium facti, qui sunt qui boues uendunt &
columbas ipsi sunt qui sua quaerunt in ecclesia, non quae ihu xpi; uenale habet
totum, quia nolunt redimi; emi nolunt & uendere uolunt; bonum est enim eis
ut redimantur sanguine xpi, ut perueniant ad pacem xpi; Quid enim prodest
adquirere in hoc saeculo quod lib& temporale & transitorium; siue sit pecunia,
siue sit uoluptas uentris & gutturis, siue sit honor in laude humana nonne om
nia fumus & uentus, nonne omnia transeunt, currunt. & uae his qui hseserint
transeuntibus, quia simul transeunt; nonne omnia fluius praecepti, currens
in mare & uae qui caeciderit, quia in mare trah&ur; Ergo tenere debemus om
nes affectus, a talibus concupiscentiis; fr̄i mei qui talia quaerunt, uendunt;
nam & symon ille ideo uolebat emere sp̄m sc̄m, quia uendere uolebat sp̄m sc̄m,
& putabat apostolos mercatores tales esse, quales dñs de templo flagello
eiecit; talis enim ipse erat, & quod uendere & emere uolebat, de illis erat qui
columbas uendunt, & enim in columba apparuit sp̄s sc̄s; qui ergo uendunt
columbas fr̄i qui sunt nisi qui dicunt, nos damus sp̄m sc̄m, quare enim hoc
dicunt & quo pretio uendunt, pretium honoris sui accipiunt pretium cathedras
temporales, ut uideantur ipsi uendere columbas, caueant a flagello de
resticulis, columba non est uenalis, gratis datur, quia gratia uocatur; ideo
fr̄i mei quomodo uid&is eos qui uendunt, pro polarios, quisq, quod uendit
laudat; quot proposita fecerunt; alterum propositum hab& carthagine
primianus, alterum hab& maximianus, alterum hab& in mauritania rogatus
alterum habent in numidia illi & illi, quos iam nec nominare sufficimus; Cir
cut ergo aliquis emere columbam, unusquisq, ad propositum suum laudat quod
uendit; auertatur illius cor ab omni uendente, ueniat ubi gratis accipitur;
Nec sic erubescunt fr̄i, quia per ipsas dissensiones suas amaras & malignas
cum sibi tribuunt quod non sunt, cum extolluntur putantes se aliquid esse cū
nihil sint, tot partes dese fecerunt; sed quid in eis impl&um est quod nolunt
corrigi, nisi quod audistis in psalmo, Discissi sunt, nec conpuncti sunt; Qui ergo
boues uendunt, boues intelleguntur, qui nobis scripturas sc̄as dispensauerunt,
Boues erant apostoli, boues erant proph&ae; unde dicit apostolus, boui tritu
ranta os non infrenabis; Numquid debubus pertin& ad dñm, an propter nos
dicit, propter nos enim dicit, quia deb& in spe qui arat arare & triturans in
spe participandi; ergo illi boues reliquerunt nobis memoriam scripturarum;
non enim de suo dispensauerunt, quia gloriam dñi quaesierunt; quid enim

audistis in psalmo. & dicant semper magnificetur dñs. qui uolunt pacem serui eius; seruus dñi populus dñi. ecclesiam dñi qui uolunt pacem ecclesiae illius. dñm magnificent. non seruum. & dicant semper magnificetur dñs; qui dicant. qui uolunt pacem serui eius. ipsius populi. ipsius serui; Uox est illa euidentis quam in lamentationibus audistis in psalmo. & mouebamini cum audiretis. quia inde estis. quod cantabatur ab uno. de omnibus cordibus resonabat; felices quise in illis uocibus tamquam in speculo cognoscebant; qui ergo uolunt pacem serui eius. pacem populi eius. pacem unius illius quam dicit unicam. & quam uult erui a leone. erue de manu canis unicam meam. Qui dicunt semper magnificetur dñs; ergo boues illi dñm magnificauerunt. non se; Uide & bouem magnificantem dñm suum. quia agnouit bos possessorem suum. Adtendite bouem timentem ne deseratur possessor bouis. & in bouem praesumatur. quomodo expauescit eos qui uolunt in illo ponere spem. Numquid paulus pro uobis crucifixus est. aut in nomine pauli baptizati estis. quod dedi. non ego dedi. gratis accepistis. columba de caelo descendit; ego inquit plantaui. apollo rigauit. sed dñs incrementum dedit; neq. qui plantat est aliquid. neq. qui rigat. sed qui incrementum dat dñs; & dicant semper magnificetur dñs. qui uolunt pacem serui eius; Isti autem de scripturis ipsis fallunt populos. ut accipiant ab ipsis honores & laudes. & non conuertantur homines ad ^ueritatem; quia uero ipsis scripturis fallunt populos a quibus quaerunt honores. uendunt boues. uendunt & oues. id est ipsas plebes; & cui uendunt. nisi diabolo. Namq. fr̄s mei si xp̄i unica ecclesia est. & una est. quicquid inde praeciditur. quis tollat nisi leo ille rugiens & circumiens. quaerens quem deuoret. Uaehis qui praeciduntur. nam illa integra permanebit; nouit enim dñs quisunt eius; tamen quantum in ipsis est uendunt boues & oues. uendunt & columbas. obseruent flagellum peccatorum suorum; Certe quando aliquid tale patiuntur. propter istas iniquitates suas agnoscant quia dñs fecit flagellum de resticulis. & adhuc monent eos. ut mutent se. ut non sint negotiatores; nam si se non mutauerint. audiet infine. ligate illis manus & pedes & proicite in tenebras exteriores; tunc dictum est. Zelus domus tuae comedit me; recordati sunt discipuli. quia zelus domus dei eiecit istos de templo dñs; fr̄s unus quisq. xp̄ianus in membris xp̄i zelus domus dei comeditur; quis comeditur zelus domus dei. qui omnia quae forte ibi uidet peruersa. satagit corrigi. cupit emendari. non quiescit; si emendare non potest. tolerat gemit. non excutitur de area granum. sustinet paleam ut intrat in horreum. ^{donec} Sed palea fuerit separata. tu ante horreum si granum es. noli excuti de area. ne prius ab aibus collegaris quam in horreum congeris; Aues enim caeli aerae potestates expectant aliquid rapere de area & non rapiunt nisi quod inde fuerit excussum; ergo zelus domus dei comedat

*zelus dei qui
greditur.*

Le;

unumquemq; xpianum zelus domus di comedat in qua domodi membrū ē;
 Non enim magis est domus tua quam domus ubi habes salutem sempiternā;
 Domum tuam intras propter requiem temporalem; Domum di intras propter
 requiem sempiternam; Si enim in domo tua nequid peruersum fiat satagis;
 in domo di ubi salus proposita est & requies sine fine. debes pati quantum inte-
 est. si quid forte peruersum uideris. uerbi gratia; uides fratrem currere
 ad theatrum. prohibe mone contristare. si zelus domus di comedat te; uides
 alios currere & inebriari uelle & hoc uelle in locis scis quod nusquam decet;
 prohibe quos potes. tene quos potes. terre quos potes. quibus potes blandire.
 nolitamen quiescere; Amicus est. admonetur leniter; uxor est. seueris-
 sime refrenetur; ancilla est. & iam uerberibus conpescatur; fac quicquid
 potes pro persona quam portas. & perficis. zelus domus tuae comedit me;
 Si autem fueris frigidus & marcidus ad te solum expectans & quasi tibi sufficiens
 & dices in corde tuo. quid mihi est curare aliena peccata. sufficit mihi anima
 mea. ipsam integram seruando. heia montibi uenit in mente seruus ille qui
 abscondit talentum & noluit erogare. numquid enim accusatus est quia per-
 didit. & non quia sine lucro seruauit. sic ergo audite fr̄ mei ut non quiescatis;
 ego uobis consilium daturus sum. dicit ille qui intus est. quia & si per me dederit.
 ille dat; nostis quid agatis unus quisq; in domo sua cum amico. cum inquit illo.
 cum cliente suo. cum maiore. cum minore. quomodo dat d̄s aditum. quomodo
 aperit ianuam uerbo suo; nolite quiescere lucrari xp̄o. quia lucrati estis xp̄o;
 Dixerunt illi iudaei; quod signum ostendis nobis. quia haec facis. & d̄s; Sol-
 uite templum hoc & tribus diebus excitabo illud; Dixerunt ergo iudaei;
 quadraginta & sex annis aedificatum est templum hoc. & tu dicis. tribus
 diebus excitabo illud; caro erant. carnalia sapiebant. ille uero loquebatur
 spiritaliter; quis autem possit & intellegere de quo templo dicebat. sed non
 multum quaerimus. per euangelistam nobis aperuit. dixit de quo templo
 dicitur. Soluite templum hoc & tribus diebus excitabo illud. ^{quadr}quadraginta
 & sex annis aedificatum est templum & in triduo suscitabis illud. Dicebat aut
 ait euangelista de templo corporis sui; & manifestum est occisum d̄m
 post triduum resurrexisse. hoc modo omnibus nobis notum est. & si iudaeis
 clausum est quia foris stant. nobis tamen apertum est quia nouimus in quem
 credimus; ipsius templi solutionem & re aedificationem anniuersaria sollem-
 nitate celebraturi sumus. ad quam uos exhortamur. ^{ut}praeparatis uos si qui
 estis cathecumini ut accipiatis gratiam; iam nunc tempus est. iam parturia
 tur quod tunc nascatur; ergo illud nouimus. sed forte hoc exigitur a nobis.
 utrum aliquod habeat sacramentum xlvi annis aedificatum templum;

Sunt quidem multa quae hinc dici possint. sed quod breuiter dici potest & facile intellegi. hoc interim dicimus fr̄s; Diximus iam nisi fallor hesternodie adam unum hominem fuisse. & ipsum esse totum genus humanum; Nam ita diximus si meministis. quasi fractus est. & sparsus colligitur & quasi conflatur in unum societate atq. concordia spiritali & gemit unus pauper modo ipse adam sed in xpo innouatur. quia sine peccato uenit ^{noū} adam ut peccatum adam solueret in carne sua. & ut redintegraret sibi adam in imaginem di; Adam ergo caro xpi. De adam ergo templum quod destruxerunt iudaei & resuscitauit dñs triduo. resuscitauit enim carnem suam; Uide & quia dñs erat aequalis patri fr̄s mei; dicit apostolus. qui eum excitauit a mortuis; De quo dicit de patre; factus inquit oboediens patri usq. ad mortem. mortem autem crucis. propter quod & dñs eum excitauit a mortuis. & dedit ei nomen quod est super omne nomen; Resuscitatus & exaltatus est dñs; resuscitauit eum quis. pater. cui dicit in psalmis excitame & reddam illis; ergo pater eum resuscitauit. non se ipse; quid autem facit pater sine uerbo. quid facit pater sine unico suo; nam audi quia & ipse dñs erat; soluite templum hoc & tribus diebus excitabo illud; num quid dixit. soluite templum quod triduo pater resuscitauit. sed quomodo cum pater suscitauit & filius suscitauit; sic cum filius suscitauit & pater suscitauit quia filius dixit. ego & pater unum sumus; Quid ergo sibi uult numerus quadragenarius senarius. Interim ipse adam qui per totum orbem terrarum est audistis iam hesternodie in quattuor litteris grecis quattuor uerborum grecorum; si enim ista uerba quattuor scribas sub inuicem id est nomina quattuor partium mundi. orientis. occidentis. aquilonis & meridiani. quod est totus orbis. unde dicit dñs. a quattuor uentis collecturum se electos suos cum uenerit ad iudiciū; Si enim facias ista quattuor nomina greca. anatole quod est orientis. dyxis quod est occidentis. arctos quod est septentrion. messembria quod est meridies. anatole. dyxis. arctos messembria. capita uerborum adam habent; quomodo ergo ibi inuenimus quadragenarium senarium numerum. quia caro xpi de adam erat; ad litteras numeros computant greci. quod nos facimus a littera. illi lingua sua ponunt alfa. & uocatur alfa unū; ubi autē in numeris scribunt beta quod est b. ipsorum. uocatur in numeris duo; ubi scribunt gamma. uocatur in numeris ipsorum tria. ubi scribunt delta. uocatur in numeris ipsorum quattuor; & sic per omnes litteras numeros habent; m. quod nos dicimus. & illi dicunt my. xl. significat. Dicunt enim my. tessera conta; Jam uide & iste littera quem numerum habeant & ibi inuentis. xlvi. annis aedificatum templum; habet enim adam alfa. my. delta alfa qdē a unū. delta quod sunt quattuor.

et p̄r et filij
suscitauit templum
plum:

Anatole
dyxis
arctos
messembria
mysterium
numeri quod
6 in dictione
Adam:

7 habes quinq. habet iterum alfa. quod est unum. habes sex. habet mi. quod est xl. habes xlii. haec fr̄ mei & iam ab anterioribus maioribus nostris dicta sunt & inuenit est iste numerus in litteris xlii. quia dñs noster ih̄s xp̄s de adam corpus accepit. non de adam peccatum traxit. Templum corporeum inde sumpsit non iniquitatem quae de templo pellenda est; Ipsam autem carnem quam traxit de adam maria enim de adam & dñi caro de maria. Iudaei crucifixerunt & ille resuscitatus erat ipsam carnem triduo quam illi in cruce erant occisuri. illi soluerunt templum xlii annis aedificatum & ille triduo resuscitatus illud; Benedicimus dño dō nostro qui ad laetiam spiritalem congregauit nos. simus in humilitate cordis semper & gaudium nostrum penes ipsum sit; non de prosperitate aliqua huius saeculi inflemur. sed nouerimus felicitatem nostram non esse nisi cum ista transierint; modo gaudium nostrum fr̄ mei in spe sit. nemo gaudeat quasi in re praesenti ne inheret in uia; Totum gaudium de spe futura sit. totum desiderium uitae aeternae sit. omnia suspiria xp̄o anhelent; ille unus pulcherrimus qui & foedos dilexit ut pulchros faceret. Desideretur ad illum unum curratur. illi ingemiscatur. & dicant semper magnificetur dñs qui uolunt pacem serui eius. **EXPLICIT TRACTATUS. X.**

INCIPIT. XI. AB EO QUOD SCRIPTUM EST. CUM AUTEM ESET HIERSOLYMIS IN PASCHA IN DIE FESTO MULTI CREDIDERUNT IN NOMINE EIUS USQUE AD IOUBINAM. AD IUDICOTIBI NISI QUIS RENATUS FUERIT EX AQUA ET SP̄U S̄CO NON POTEST INTROIRE IN REGNUM D̄I.

Oportune nobis dñs procurauit hodierno die lectionis huius ordinem; Nam quia ex ordine euangelium secundum iohannem considerare atque tractate suscepimus. credo quod aduertat caritas uestra; Oportune ergo occurrit ut hodie audiretis ex euangelio. Quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & sp̄u. non uidebit regnum d̄i; Tempus est enim ut uos exhortemur qui adhuc estis cathecumini. quis sic credidistis in xp̄m ut adhuc uestra peccata portatis; nullus autem regnum caelorum uidebit oneratus peccatis. quia nisi dimissa fuerint. non regnabit cum xp̄o. Dimitti autem non possunt. nisi ei qui renatus fuerit ex aqua & sp̄u s̄co; sed omnia uerba quem admodum se habeant aduertamus. ut hic inueniam qui pigri sunt quanta sollicitudine sibi festinandum sit ad onus deponendum. quasi ferrent aliquam sarcinam grauem aut lapides aut ligna. aut alicuius & iam lucri. si frumentum portarent. si uinum. si pecuniam. currerent ut deponerent onera; portant sarcinam peccatorum & pigri sunt currere; currendum est ut deponatur. haec sarcina premit & mergit; ecce audistis. Quia cū esset dñs ih̄s xp̄s hierosolyma in pascha in die festo. multi crediderunt in nomine